



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Absolutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Absolutio.

5

ius ad tuendam vitam per eiusmodi medicamenta. Si verò conclamata sit salus matris, & fœtus, possunt applicari remedia ad salutem matris, licet cū interitu fœtus. *p. 3. tra. 5. ref. 11. & p. 6. tr. 8. ref. 37.*

2 Mulieres statim mingentes post copulam, ad impediendam conceptionem, secundum quosdam peccant contra ordinem naturæ, & generationis. Alij hoc frustra fieri volunt. Ego puto eas contra conscientiam erroneam peccare, si crederent ita mingendo peccare. *p. 3. tr. 5. ref. 15.*

Absolutio.

1 **Q**uando pœnitens vnum tantum peccatum confitetur, quod Cōfessarius probabiliter credit non esse reseruaturn, valet absolutio: nam probabilis DD. opinio facit, vt Ecclesia det Cōfessario iurisdictionem. Less. & alij *p. 2. tr. 15. ref. 29.*

2 Si forma absolutionis varietur ita vt proferatur indicatiuo modo, videlicet *volo absoluaris*, non esse nisi veniale, eò quòd non fit mutatio grauis, docet Hurtad. *p. 5. tr. 13. ref. 34.*

3 Potest Cōfessarius propter consue-

A 3

tu-

tudinem peccandi, absolutionem differre. Suarez & alij 11. sed non tenetur differre quoties pœnitens verè dolet, & emendationem proponit; nec manet in proximâ occasione extrinsecâ peccandi. Sanch. & alij 2. Et quamvis possit Confessarius imponere pœnitentiam medicinalem ad illam consuetudinem superandam, non tamen potest aliquam imponere subeundam sub cōditione, si pœnitens relabatur. Sanch. & alij 4. p. 1. tr. 7. res. 55. & p. 6. tr. 6. res. 30. & tr. 7. res. 49.

4 Si pœnitens non potest vitare sine magno incommodo proximam occasionem peccandi, potest Confessarius illum absolvere; quia tunc non censetur velle illam occasionem, sed permittere. Imò licet in pœnitente vix appareat spes emendationis, si habeat dolorem de præterito, & propositum de futuro, ex multorum sententiâ, potest absolvi, neque propter recidivum est absolutio deneganda. Viuald. & Sanchius. p. 2. tr. 16. res. 45.

5 Quando pœnitens tenetur deserere occasionem peccandi, putâ concubinam, etsi possit ei semel, aut iterum concedi absolutio antè quàm eam expellat,

pellat, rarò tamen id est faciendum. Quosdam tamen casus exceipit Sancius: vt quando concubina esset valde utilis ad bona temporalia, vel etiam ad vitam non molestè agendam. sed an probabiliter, alij iudicent. Possè etiam, quando cum illà amplius non peccat, eam postea inuisere ex fine alendi filios, quãuis inde sit periculum relapsus, docent Sancius, & Castrop. sed cur non possit per alios alimenta filiis præstare? p. 5. tr. 14. ref. 108. & 109.

6 In dubio de capacitate pueri quoad vsum rationis, danda est ei absolutio sub conditione saltem animo retentâ: quia in dubiis fauendum est pœnitenti. Layman & alij 2. post septennium verò absolendus est nisi constet non habere vsum rationis, maximè in articulo mortis. Zambran. p. 4. tr. 3. ref. 53. & p. 5. tr. 3. ref. 68.

7 Quando debitor est in mora soluendi, & sapius confitetur, neque restituit; habet tamen animum restituendi; si ex illa dilatione non sequitur detrimentum creditori, non videtur peccare mortaliter, neq; est illi absolutio deneganda. Mol. & Bonac. p. 2. tr. 17. ref. 3. Vide *Confessarius*.